¶ Aduerſari⁹ videt̄ excuſare iudeoꝝ expoſitores a falſa ſcptura rū īterp̄tatōe ꝯtra rotūdū textū ſacri euāgelij Matthei. ca. xxiij. vbi ꝓpt̄ falſa; ſcpture īterp̄tatōe;. chriſt⁹ đt iudeos ſtultos ⁊ cecos. et ꝯtra apl̄m 2ª Chori. 3°. Obtuſi ſunt ſenſus eoꝝ. ⁊ vſq̄ i hodiernū diē. dū legit̄ Moiſes velamē poſitū ē ſup cor eoꝝ. Preterea aſſertio illa ꝓ ſcđa ꝑte q̄ đt. ꝙ doctor ſuis ſcript; vl̄ opinionib⁹ nō poſſit aliquē decipe ē ꝯ rotūdū textū apl̄i dicēt; ad Titū p̄. Sūt ml̄ti ſeductores maxie q̄ de circūciſione. q̄ vniuerſas domos ſubuertūt. docētes q̄ nō opoꝛt;. ⁊ ꝯtra illđ apl̄i. Sermo hereticoꝝ ſerpit q̄ſi cancer.

¶ Defenſoꝛ.

§. ij. Cauillū. xiijm. nihil mali h;. ⁊ qđ opponit̄ nō īdiget r̄nſiōe nec ꝓ hereſi nec ꝓ ſcādalo. ¶ Theologus.

¶ Heu hoiem toti⁹ temeritat;. cui nō ſufficiūt Capniōis errata. niſi ⁊ ipe defendēdo peſſimos adijciat errores. Opponens nāq̄ articulādo aſſumpſerat, oſtēderatq̄ hāc aſſertōem eē ꝯ euāgelij ⁊ apl̄i rotūdū textū. Et h frontoſus ſophiſta. dicere nō ꝑtimeſcit. eā nihil hr̄e mali. neq̄ īdigere r̄nſiōe ꝓ hereſi. ꝓ ſcādalo. Nōne expſſa hereſis ē. aliq̄d euāgelico apl̄icoq̄ repugnare textui: ⁊ tñ nihil hr̄e mali. Fatiſcat. imo pereat hec ꝓterua maledicaq̄ ſolutio. Nil etem̄ periculoſi⁹. nil hereſi affini⁹. nil deniq̄ ſcādaloſi⁹. q̄; qđ eſt ꝯ ſacri.

euāgelij ⁊ apl'i rotūdū textū. Un̄ hec ſol'o data ad dictā opponē
tis obiectōez. nō ſolū hereſis fouet ſeminariū. ꝗnimo ⁊ toti⁹ apoſta
ſie a chriſtiana fide p̄bet incitamētū. Hinc ꝯſtāter eā ꝓferim⁹ de pla
noq̄ʒ hereticā. Hij itaqʒ ſunt gl'ioſi. imo venenoſiſſimi fructus. q̄s
Capniōis pariūt defenſores. q̄ cū hoīeʒ deo. ⁊ falſuʒ v̄o an̄ponūt. in
inextricabiles ſe ingerūt errat⁹. ⁊ Capnioni nil afferentes remedij.
conſolatores ſunt oneroſi.

# Articulus.xiiij.

¶ Joānes Reuchlin ꝓ iudeis.

**S. j.** Noſter apl's Paul⁹ oēs ſcias iudeoꝝ didicit. ⁊ apd̄ rabbi nos ſcholas frequētauit. Quid ex eo effectū ē. plus q̄ʒ oēs alij apl'i. Poſſet q̄s dicere. de⁹ eū ad h̄ traxit. huic r̄ndit chriſt⁹ Joā nis. vj. Nemo p̄t venire ad me. niſi p̄r q̄ miſit me traxerit eū Prop terea nō ē (hoc) obiectio. Q̄m oēs trahimur. quotq̄t ad chriſtia nā fidē ꝑuenim⁹. Fiūt nō naſcunt̄ chriſtiani ait btūs Hieronym⁹ in epl'a ad Athletā de educatōe filie. V̄bū em̄ chriſti venit ad aures et ex aurib⁹ in cor. ⁊ ex corde ī volūtatē. ⁊ ex volūtate ī intellectū. ⁊ inde venit fides. Quare refert. Si Paul⁹ ad roma. x. Fides ex au ditu. audit⁹ āt ꝑ v̄bū chriſti. Hec Capniō fo. xvij. facie p̄ª. Obij ciat ḡ opponēs. Assertio. xvj.

¶ Opponēs ꝯ eandē aſſertōem

¶ Excellētia Pauli. ſ. in doctrina ſuꝑ alios aplōs. exp̄mit̄ Gala. ij. Ubi Jacob⁹ Cephas ⁊ Joānes q̄ videbāt̄ colūne eē. Paulo cō ferēti ſuū euāgeliū nihil ꝯtulerūt. ſʒ ecōtra. et 2ᵉ Chori. xij Ne mag nitudo reuelationū extollat me ⁊c̄. Sʒ ad Galathas p̄º. idē apl's teſtat̄ ſuā euāgelicā doctrinā nō ab hoīe accepiſſe vl' didiciſſe. ſʒ ꝑ reuelatōem Jeſu chriſti ſcholis rabbinoꝝ quoꝝ doctrinā tanq̄ʒ ſa crilegā reprobauit Chriſt⁹ ⁊ etiā apl's Paulus.

**S. ij.** Ampli⁹ Actuū. xxij. Paul⁹ deſcribit̄ nutrit⁹ pedib⁹ Ga malielꝭ. nō q̄dē in rabbinoꝝ ſciētijs. ſʒ ſm̄ veritatē paterne legꝭ. Quāuis āt ſtudiū legꝭ. multū ei ꝯtulit ad excellētiā. inq̄ʒtum ex tali ſtudio erat ī ſcp̄turꝭ recētior. eas q̄q̄ʒ poſt reuelatōeʒ illi cla riſſime factā clariſſime ītelligebat. ridiculū tn̄ ⁊ hereticū ē donū ex cellētie ſuꝑ ceteros apl'os ſchol' rabbinoꝝ tribuere. ⁊ diuīe libertati illō ſubtrahere. Nā p̄ᵉ Chori. ij. Paul⁹ de ſe inq̄t. Loq̄mur nō ī do ctꝭ hūane ſapiētie v̄bis. ſʒ ī doctrina ſp̄us. Et iteꝝ nō hui⁹ ſeculi ⁊c̄. ſʒ loq̄mur dei ſapiētiā. Ueritas āt ē. ꝙ deus traxerit. imo rapuerit Paulū. ad tāte excellētie ſuꝑ oēs apl'os donū ꝑ ſpecialiſſimū mo dū. q̄ rapt⁹ in paradyſuʒ ⁊ tertiū celū. vidit archana q̄ nō liceʒ hoī loq̄. de q̄ 2ᵉ Chori. xij. ⁊ gloſa actuū. vij. et gloſa Galathas p̄. Siliter et ſctūs Thomas ibidē. In cui⁹ ſignū. nūq̄ʒ circa doctrinā euāge

licā vacillauit ſicut alij apl'i.ſed mox baptiſatus ꝯtinuo intrauit ſynagogas p̄dicans Chriſtū. vt ſcribit̃ Actuū.ix.capl'o.

§.iij. Ubi āt aduerſari⁹ ad ip̄robādū tractū apl'i.ad illō excellentie donū.ſic arguit chriſt⁹ dicens. Nemo venit ad me niſi pater me⁹ traxerit eū.oēs em̄ trahimur.quotq̄t ad fidē p̄uenimus.ꝓpterea nulla ē obiectio dicēt̃.ꝙ de⁹ traxerit apl'm ad tante excellētie donū. R̄ndeo ꝟbū chriſti ad lrām intelligit̃ de cōi mō trahendi ad fidē charitate formatā.de q̄ Epheſios.v. Gr̄a ſaluati eſtis ꝑ fidē.ꝛ hꝰ nō ex vob.dei em̄ donū ē. Tn̄ ꝑ talē modū trahēdi nō ꝑueht̃ hoies cōiter ad excellētiā doctrine euāgelice. Fuit ḡ Apl's pre ceteris apl'is tract⁹ tp̄e tridui ſm oēs doctores ī raptu ꝛ viſu diuine eēntie. vt tenēt cōiter doctores ꝓbatiores. Audiat̃ nihilominus ſophiſta. ¶ Defenſor.

§.iiij. Ad.xiiijm.cauillū fatemur ꝙ verꝫ ē.ꝙ Paul⁹ ſcientias iudeoꝝ didicit apō̄ rabbinos.ꝛ eoꝝ ſcholas frequentauit.ꝛ ex eo fact⁹ ē plus q̄ꝫ oēs apl'i.puta rōne ſcie acq̄ſite. Fuit em̄ Paulus ꝛ in lege ꝛ in alijs ſcientijs acq̄ſitis doctior alijs apl'is. ſꝫ nō ſolū ex hꝰ.ſꝫ etiā rōne ſcie infuſe.quā nō hūana doctrina habuit ſꝫ dei dono. Et ꝑ hꝰ pꝫ ſol'o.nō em̄ aſcribit donū excellētiſſimū apl'i diuinit⁹ collatū ſciētijs rabbinoꝝ.ſꝫ dei voluntati. ſcia ꝟo acq̄ſita aſcribit̃ ſtudio doctrine ꝛ p̄ceptorib⁹ ꝛc̄. Qō adducit̃ fuiſſe nutritū ſub pedib⁹ Gamaliel.hꝰ ē ꝯ̄ aduerſariū. Gamaliel rabbin⁹ fuit.et Paulū docuit legē paternā.ꝛ ſcripturas hebreoꝝ. Qō addit hereticū ꝛ blaſphemū ē ꝛc̄. hꝰ verꝫ eēt.ſi aſſerat̃.ꝙ illā excellētiā doctrīe ſolū habuiſſet ex ſtudio hūano.ꝛ rōne ſcie acq̄ſite. ſꝫ hꝰ nō aſſerit̃. ſꝫ ꝙ rōne ſcie acq̄ſite fact⁹ ē plus q̄ꝫ oēs apl'i in hmōi ſcia acq̄ſita.quā nō ſilr̄ alij habuerūt. ꝛ cū hꝰ fatemur totū id qō aduerſari⁹ dt̄ de ſcia infuſa quā diuinit⁹habuit.ꝛ ꝙ fuit rapt⁹vſq ad tertiū celū ꝛc̄ Ad obiectōem bn̄ ꝓbat auctor.ꝙ illa ſcia acq̄ſita in Paulo.nō fuit rōne hui⁹.ꝙ de⁹ ip̄m ad hꝰ ſpecialr̄ traxerit. ſꝫ hꝰ fuit rōne ſpecial' ſtudij laboꝝ ꝛ doctrine acq̄ſite ac p̄ceptoꝝ.cū hꝰ tn̄ fatemur ꝙ Paulus ſpecialr̄ vocat⁹ ē.ꝛ elect⁹ſine meritis ꝛ ſpecialr̄ tract⁹ac rapt⁹ vſq ad ꝫm celū ꝛ ſupnaturalr̄ edoct⁹. Et hec fuit ſcia ꝛ doctrina īfuſa de q̄ auctor nō loq̄t̃.iō frat̃ bon⁹ i eq̄uoco laborat. ¶ Theolog⁹.

§.v. Quā futilia hec ſint facile ꝯſtabit lector.ſi auſcultab. Capnion nēpe in hac aſſertōe.poſtq̄ꝫ ex Paulo ob iudaicaruꝫ ſtudiū ſciaꝝ.aliq̄d mai⁹ eē factū oīb⁹ apl'is aſſeruit.ꝓtin⁹ ꝯtra ſe ꝑ obiectōe mouit. Paulū a deo ad hāc tractū eē excellētiā. deinde hāc repellit obiectōem ꝑ chriſti ꝟbū. Nemo venit ad me niſi pater me⁹ traxerit eū. vbi palā aſſertio illa ſe ad eā reſoluit ſciam.q̄ q̄s ꝑ ueht̃ ad deū.quā certe liquet fidei eē doctrinā. Et de iſta q̄dē cū lo‑

Cōfutat̃ euaſio cauillatoris

# Articulus.xiiij.

quutū fuiſſe ſcīa aut doctrina. palā pʒ ex cā. quā ꝯtinēter annexuit dicēs. oēs eīn trahimur ad chriſtū. quotqt ad fidē ꝑuenimꝰ. Atqꝫ ex eo idē qꝫ euidēter ꝯuincit̄. qm̄ niſi animꝰ ei fuiſſet, loq̄ de excellētia in doctrina fidei. inaniter nimis qꝫ inapposite. tot tātaqꝫ conſumpſiſſet ꝟba. q̄ demōſtraret. tū modū tū media qbꝰ ad chriſtianā ꝑuenit̄ fidē. Minime itaqꝫ o lector. opponēs in equoco laborauit. vti h̄ cauillator falſo ei īpingit. Neqꝫ Capnionis aſſertio fuit de ꝑeminētia in ſciētijs acq̄ſitis. cū haꝝ ſciaꝝ reliq apl'i. vt plurimū exꝑtes fuere. vtpote q̄tū ad eiuſcemodi lr̄as ꝑtinet. hoīs idiote. ac tuū. iiij. Vn̄ aliena nimis pariter ⁊ inepta extraneaqꝫ. dicta eēt cōparatio. niſi in vnīuoco. hoc eſt ſcīa fidei. que oībus apl'is inerat. facta ꝑ eum fuiſſet coꝝ collatio.

§.vj. Aſſertio igit̄ nō affirmauit ex Paulo factū eē plus. q̄ꝫ oēs apl'i in ſcīa acq̄ſita. vt h̄ cōminiſcit̄ palliator. Nā ſi h̄ adiciſſet Capnion. oīs ſcrupulꝰ fuiſſet ademptꝰ. Veꝝ abſoluto irreſtrictoqꝫ ſermone. citra q̄duis additū. aſſeruit ex Paulo factū eſſe plus. q̄ꝫ oēs alij apl'i. rōne ſtudij in ſcholis rabbinoꝝ. Nouimꝰ aūt nō ſolū familiare. veꝝ etiā ꝯnaturale hoībꝰ ꝯparatiuas loquutiones intelligere ſm̄ ſubiectā materiā. Cōparatio ꝑinde ꝑma facie. accipit̄ facta in apl'ica doctrina. q̄ ad apl'icū ꝑtinet munꝰ. aut officiū. Jā in tali doctrina eē oībꝰ apl'is maiorē. excellētiſſimū ē vtiqꝫ apl'i Pauli donū. id aūt ſcholaſtico ſub rabbinis tribuere ſtudio. et diuino ſubtrahere tractui. qd̄ Capnion fecit (vt iā patuit) nō tā abſurdū. q̄ꝫ ſcādaloſuꝫ ꝑiculoqꝫ hereſis plenū ꝯfiteri neceſſe eſt.

§.vij. Preterea apl's Paulꝰ nō dt ſe ſub pedibꝰ Gamalielis nutritū. niſi in veritate paterne leg̃. nullā de alijs ſciētijs hn̄s mentionē. Tāetſi ḡ Paulꝰ alijs apl'is maior effectꝰ fuiſſꝫ ob ſtudiū ſub rabbinis. attamē nō ſeq̄t̄ eū pre ceter̄ ob Thalmudicā vl' ſilem rabbinoꝝ doctrinā. veꝝ ob ſacrā legē. cui ſub rabbinis ceterꝫ apl'is ſtudioſiꝰ indulſit. quā etiā pre ceterꝫ ſingl'ariter a deo illumīatꝰ plenꝰ ītellexit. factū eē excellētiorē / E qbꝰ colligit̄. q̄ꝫ ſuo more futilr̄ nugaciſqꝫ garriat h̄ ꝑſtigiator. dū nō ē veritꝰ dicere. ſcripturā de Gamaliele citatā. ꝯ aduerſariū eē ſcꝫ opponentē

# Articulus.xv.

¶ Joānes Reuchlin ꝓ iudeis.

§.j. Eſto āt q̄ Thalmud eēt occaſio q̄ iudei chriſtiani nō fierēt. ꝓpterea debeo nemini ſuū auferre ⁊ ꝯflagrare. qꝛ meū nō ē iudicare iudeꝰ tā bn̄ dn̄i nr̄i dei ē q̄ꝫ ego. ſtat dn̄o ſuo ſtat. cadit. dn̄o ſuo cadit. vnuſquiſqꝫ ꝓ ſeipo coget̄ rōnem reddere. qd volumꝰ alieni (alteriꝰ) aīam iudicare. potens ē eīn deꝰ ſtatuere. illū h̄ (totū) dare Aſſertio.xvij.

25

# Articulus.xv.

Scribit ſctūs Paulꝰ ad Roma.xiiij. Callemus etiā ex euāgelio.ꝙ
noſter dn̄s ſuos diſcipulos Jacobū ꝛ Joānē valde acriter incre/
pauit.qm̄ cupiebāt.ꝙ q̄dā ciuitas Samaritanoꝝ.q̄ Chriſtū ꝛ ſu
os diſcipulos nolebāt recipe igne abſumeret Luce.ix.cap. Ex his
volo ſupiores excuſatos habere.qm̄ nō ꝯſentiūt in malū.vex ꝑmit
tunt.ca.Cōſuluit de iudeis.ꝛ Auguſt.de anchona in libro de eccle
ſiaſtica ꝑtāte.q.xxiij.§.ad ſcd̄m. Nec pn̄t ꝓhibere niſi faciāt hoībꝫ
iniuriā.qd̄ tn̄ fieri nō debet.Hec Capnion.folio.xviij.facie p̄ma.Ac
cedat ergo opponentis obiectio.

¶ Opponens ꝯtra eandē aſſertōnem.

¶ Scriptura hec apl'i. ſm oēs. ſolū vult cohibere temeraria et
vſurpata iudicia ſup ꝯſcientiā ꝓximi.maxīe nouiter ꝯuerſi. in his
q̄ pn̄t bono ꝛ malo aīo fieri.vt ē ſumptio ciboꝝ ꝓhibitoꝝ in lege
veteri.hāc āt ſcripturā.aſſertio hec ꝯtorquet.tāq̄ ex directo decla/
rantē. ꝙ ad ſupiores nō ꝑtinet iudicare de libris.q̄ ſunt iudeis oc/
caſio nō ꝯuertēdi ad fidē chriſti.ꝛ ꝙ ſupiores nō pn̄t īpedire iude
os in illis libris.niſi faciāt hoībꝫ iniuriā.ac ſi ſummi pontifices li/
bros illos ꝯburētes.iudeis iniuriā fecerint.ꝛ rē ad eos nō ꝑtinētē
Siīliter ꝛ increpatōem.quā chriſtꝰ ad diſcipulos ꝓtulit.ne maluꝫ
ꝓ malo redderēt.dicēs. Neſcitꝭ cuiꝰ ſpūs eſtis. filiꝰ hoīs nō venit
ꝑdere aīas.ſꝫ ſaluare¶ Hāc inq̄ īcrepatōeꝫ ꝓ ſalute aīaꝝ ꝓlatā.aſ/
ſertio iſta ꝯtorquet.tāq̄ dictā in fauorē libroꝝ.q̄ ſꝫ occaſio dānati
onis aīaꝝ.ac ſi chriſtꝰ eodē paſſu.vbi vult hoīes ſaluos fieri.ꝓhi/
beat eis ſerpentē de gremio tolli.ꝛ īpedimēta ſalutꝭ eis auferri. Nūc
ꝓo audiendꝰ ē cauillator. ¶ Defenſor.

§.ij. In.xv° Cauillo nihil īponit.q̄re libellꝰ nō poſſet tolerari.
.etiā ſi oīa q̄ ab aduerſario opponunt vera eſſent.

¶ Theologus

¶ Admirandū ſophiſta h̄ ꝑfert theologū.imo mirabiliorē chri/
ſtianū.nō hn̄s ꝓ incōuenēti.ſacrā ſcripturā feda interꝑtatōe adulte
ratā.applicatā iri ad prauos ꝯſeruādos libros.ꝛ id q̄q̄ ꝓ q̄to iu
deis obices ſunt ſalutꝭ.velut noui teſtamēti ſcriptura.aſſeruari iu/
beat libros in chriſti editos fidē. Perinde ac aliq̄ ſit chriſto ad Be
Cōfutatio ca/uillationis lial ſocietas.aut ꝯuētio aliq̄ lucis ad fouendas tenebras. Hic q̄q̄
aduertere licet q̄ta reuerētia hic ſuā reuereat.imo q̄tū nihilipēdat
matrē eccl'iam.apl'icā q̄q̄ ſedē.q̄ hoſce libros ſub longe ſapiētiſſi/
mis pontificibꝫ olim exuri mandauit. Sed abeant hec in malam
crucem.ꝛ audiamus ſi que ſint reliqua.

# Articulus.xvj.

¶ Joānes Reuchlin ꝓ iudeis.

# Articulus .xvj.

§.j. Cũ ergo libri eoꝝ (intellige iudeoꝝ) cremati eſſent. ꝙ poſſe/mus nos aduerſus ipos tueri. niſi textu biblie. ſꝫ illō (penitus) nihil ē. qꝛ ſacrũ canonicũ ius. xxxvij. diſt. ca. Relatũ. inq̄t ſunt eñ mlta vba in ſcripturꝭ diuinis. ꝙ pn̄s trahi ad eũ ſenſum. quem vnuſquiſqꝫ ſponte pſumpſerit. Et ꝓpterea ſolertes iudei aliā expoſitōnem excogitaturi eſſent. quā ipi a maiorib⁹ ſuis nō didiciſſent. Quare nob̄ deſiſtēdū eēt (ſꝫ correcti⁹) oporteret nos deſiſtere. Hec Capnion folio. xviij. facie ſcđa. Accedat ergo eoꝝ improbatio. Aſſertio .xviij

¶ Opponens ꝯtra eandē aſſertōem

¶ Sicut varias. p multoꝝ tēpoꝝ decurſus. rabbinoꝝ falſas expoſitōes eccl'iaſtici doctores ꝯfutarūt. fidē qꝫ chriſti ꝯ iudaicam pfidiā tutati ſunt. nō p rabbinoꝝ gloſas. ſꝫ p ſacras lrās. velut arma ſufficiētiſſima. Ita ſi iudei nouas excogitarēt falſas gloſas. eas ſtudioſi ꝯfutare poſſent p ſacras ſcpturas. blaſphemū ergo ē in ſacrā ſcripturā. tāqꝫ ipotentē ⁊ inſufficientez dicere. ſi iudei nouas expoſitōes effingerēt. penit⁹ nihil eēt nos tueri. p textū biblie. ſꝫ oporteat nos deſiſtere. ¶ Defenſor

§.ij. In. xvj. Cauillo ait. ꝙ blaſphemat in ſacrā ſcripturā velut impotentē ⁊ inſufficientē ⁊c. totū qđ h̄ ponit iſte bon⁹ frater ꝓcedit ex malo ītellectu illoꝝ vboꝝ auctoris. Dicit eñ auctor libelli. ꝙ qn̄ libri hebreoꝝ eēnt ꝯbuſti. tūc penit⁹ nihil eēt nos tueri aduerſus eos. p textū biblie. qꝛ etiā q̄re nos oporteret deſiſtere. Senſus ē. ꝙ qn̄ libri hebreoꝝ eēnt ꝯbuſti. oporteret nos deſiſtere. qꝛ nō poſſum⁹ iudeis ꝓbare veritatē aduēt⁹ Meſſie. nec eoꝝ pfidiā oſtēdere. qꝛ fugerēt ad nouas expōnes. q̄s excogitaſſent. ſed nūc ex eoꝝ libris. q̄s acceptāt magꝭ eoꝝ pfidiā oñdere poſſumus Nō ergo dt. ꝙ oporteret nos deſiſtere a fide. ⁊ ꝙ nō poſſem⁹ tueri. id ē ꝙ nō poſſem⁹ veritatē defendere ex ſacro canone. ſꝫ dt ꝙ nos nō poſſem⁹ ipos ipugnare neqꝫ ꝯuincere ¶ Theologus

§.iij. Nō ceſſat ridicul⁹ iſte. nouos ſtruere errores. nitit̄ qꝫ Capniōis ꝑuertere ītellectū. quē veridice opponēs ſibi tribuerat. ex q̄ q̄dē optime ītellecto obiectio illa ꝓceſſerat. Qđ et facile mōſtraturi ſum⁹. Patulū eq̄dē ē in ꝑmis adeo. vt nec cauillator iſte inficias ire auſit. ad idē ꝑtinere tueri ac defendere. Item liquet apđ nos chriſtianos eē veritatē. queadmodū apđ iudeos filios diaboli pr̄is mēdaciū eē falſitatē. Notū etiā ē. idē eē textū biblie cū canone ſacro. Ex q̄b⁹ dilucide ꝯſeq̄t̄. nos p biblie textū tueri aduerſus iudeos. ad id ꝑtinere. qđ ē ex ſacro canone defendere veritatē. Eſt aūt oculis ꝑuiū. Capnionis aſſertōem ꝯplecti ꝑmū. puta ꝙ ꝯcremat̄ꝭ iudeoꝝ libris. penit⁹ nihil eēt nos tueri aduerſus iudeos p textū biblie. Hinc liq̄do cūctis pateſcit. q̄ ipudētiſſime et Cauillator induit meretriciam frontem

26

meretricia fronte. h̄ cauillator mētiaꝛ. dū negat Capnionē ſentiſſe ꝙ ꝯcremat̄ iudeoꝝ libris nō poſſem⁹ ꝟitatē defēdere ex ſacro cano

§.iiij. Preterea etiā ipa luce clari⁹ ē. vt queadmodū i bellico. ita ꝗꝫ in diſputatiuo certamine. plurimū intereſt. inter tueri. īpugnare. ⁊ ꝯuincere. dato āt eo. qđ Cauillator inq̄t. puta ꝙ libris iudeoꝝ manētib. facil⁹ eoꝝ poſſim⁹ oſtēdere ꝑfidiā. dato etiā. ꝙ oīb iudeoꝝ ꝯcremat̄ libris. iudei ob id ad nouas tū expoſitōes. tū gloſſas ꝯfugerēt. Nūqd ꝓpterea biblie text⁹. ſpūſctō auctore editus. cui⁹ vires ſcꝑtura ipa clamitat efficaciſſimas. tā ieiunus. tāꝗꝫ ſterilis erit. vt penit⁹ nihil ſit (id qđ ait Capnion) nos tueri ꝑ textū biblie. neqꝫ etiā in caſu poſito ꝑ biblie textū poſſemus iudeos. nō mō nō ꝯuincere. ſꝫ neqꝫ īpugnare. quēadmodū Cauillator hoc in loco Capnionē apte interꝑtaꝛ.

§.V. Sꝫ vtrūqꝫ in ſacras eſſe blaſphemū lrās diuerſis ꝗꝫ ſacris palā refragari ſcripturꝭ. oſtēſum iri facto facilimū eſt Matthei ſane q̄rto. callidiſſimū ſacre ſcripture falſariū diabolū. ex textu biblie tentantē. ſaluator tū ꝯfutauit. tū deuicit. ⁊ id dūtaxat ꝑ ſacre biblie textus. Actuū deinde. xviij. Apollo vehemēter reuincebat iudeos. publice oſtēdēs. ꝑ ſcripturā. eē chriſtū ieſum. Actuū ꝓterea. vj. iudei nō potuerūt reſiſtere ſapiētie Stephani. ⁊ ſpiritui q̄ loq̄baꝛ. gloſa. ſapientie ſcripturaꝝ ⁊ ſpiritui. q2 ſine timore loq̄baꝛ Qꝫ aūt noīe ſcꝑturaꝝ nō ꝯꝓhēdat Thalmud. in ꝓma Apologia caplo. viij. efficaciter oſtēſum ē. Inſuꝑ Prouerbioꝝ. xxx. Ois ſermo dei ignit⁹ clypeus ē oīb ſperātib in ſe. Demū 2ᵉ Thimo. iij. Apl's ait. Quia ab infantia ſacras lrās didiciſti. q̄ te pn̄t inſtruere ꝑ fidē in chriſto ieſu. Ois em̄ ſcriptura diuinit⁹ inſpirata vtilis ē ad argendū ⁊ docēdū (Et vt diſertiſſim⁹ trāſtulit Eraſm⁹) vtilis ē ad doctrinā ⁊ ad redargutōem Ad Titū ꝗꝫ p°. Oportꝫ inq̄t epm ſine crimine eē. amplectentē eū. q̄ ē ſm ſanā doctrinā fidelē ſmonē ut potēs ſit exhortari in doctrina ſana. ⁊ eos q̄ ꝯtradicunt arguere (Eraſm⁹) ⁊ ꝯdicētes ꝯuincere. Apl'm āt illic loci de ꝯuincēdis agere iudeis in apto ē. Etem̄ mox hec ſubijcit ꝟba. Sūt em̄ iā multi ſeductores. maxīe q̄ ſunt de circūciſione ꝗs oportet redargui (Qđ Eraſm⁹ ſic ꝟtit) maxīe hij q̄ ſunt ex circūciſione ꝗb oportꝫ obturare os Et ſi his acceſſerit (qđ garrul⁹ iſte ⁊ ab eo null⁹ mēt̄ ꝯpos negare ꝑſumit) tū ſacras lrās. tū fidelē ſermonē. tū ſanā doctrinā. ꝓcipue in textu biblie ꝯtineri. his inqꝫ ſtantib. ꝓculdubio oſtēſuꝫ erit ſenſum quē Capnionis reſonāt ꝟba (ſcꝫ ꝙ ꝯcremat̄ iudeoꝝ libris penit⁹ nihil eēt nos defendere aduerſus iudeos ꝑ textū biblie) manifeſte ꝯpluri ſcꝑturis eē ꝯtriū. ꝓinde ⁊ palā hereticū. Sicut ⁊ heretic⁹ ē ſenſus. ab h̄ cauillatore. Capnionis ꝟbis mēdacíꝛ tribut⁹

Chriſt⁹ ꝑ Bibliā triūphat

# Articulus. xvj

(ſcilʒ φ in tali caſu. neqʒ poſſemus eos impugnare. neqʒ ꝯuincere) Utrũqʒ eñ ſenſum apte ꝯdẽnat btũs Aug⁹. qui in libro ſuo cõtra iudeos paganos ⁊ arrianos. nihil curãs de iudaicꝭ libris poſt multos teſtes ꝑ chriſto inductos ſic inq̃t ca. xvi. Credo vos o inimici iudei. tãtis teſtibꝫ obrutos confutatoſqꝫ eſſe. vt nihil vltro querere debeatis. Hec itaqꝫ mendacia exploſa ſunt. ſed nõdũ tñ nugaꝝ finis. Uñ ꝯſequẽter nugigerulus loq̃tur ſi q̃d hʒ.

¶ Defenſor ad opponentem.

§. vj. Quia obſtinate ⁊ ꝑtinaciter fugerẽt ad nouas expoſitiones. mõ libris ſuis manẽtibꝫ facili⁹ poſſim⁹ oſtendere ſuã ꝑfidiã. ⁊ ita nihil eẽt nos tueri aduerſus eos ꝑ textuʒ biblie. q̃n euaderẽt ⁊ fingerẽt rões nrãs. ⁊ ita nõ poſſemus eos ꝯuincere

¶ Theologus.

¶ Fraudulenta hec eẽ ꝯmenta q̃s nõ videret. Si q̃dẽ nouiſſime ſophiſta iſte Capnionẽ ingentẽ. φ ꝯcrematis iudeoꝝ libris. penit⁹ nihil eẽt nos tueri aduerſus eos ꝑ textũ biblie. interꝑtatus eſt voluiſſe. φ in caſu illo iudeos nõ mõ nõ poſſem⁹ ꝯuincere ſʒ neqʒ impugnare ꝑ textũ biblie (quẽ ſenſum manifeſte hereticũ oſtendim⁹) Nũc ꝟo eadẽ interꝑtaꝛ Capnionis ꝟba. acſi Capnioni dũtaxat dicere animus fuerit. nos in tali caſu iudeos nõ poſſe ꝯuincere. q̃n ⁊ rões noſtras tum fugerẽt tum euaderẽt.

§. vij. Sed hãc expõnem friuolã eſſe ac deliramẽto ſimilimã neqʒ pueros fugeret. Quis etem̃ neſciret longe aliud eẽ tueri ſe vel aduerſus aliũ ſe ſuſtẽtare. aliud ꝟo ipm ꝯuincere. Nẽpe ab a'io impugnat⁹ ſe tueꝛ. alteꝝ ꝟo ꝯuincens. ipm nõ mõ ipugnat. verũ ⁊ ſuperat expugnatqꝫ. Cũ aũt ad oculos pateat Capnionẽ de ꝯuincere nec habuiſſe mentõem vllã. ſʒ ſolũmodo (⁊ q̃dẽ abſolute) litteris demandauiſſe. φ ꝯcrematis iudeoꝝ libris penit⁹ nihil eſſet nos tueri ꝑ textũ biblie. Proinde mẽdaciſſima (quẽadmodũ et ꝑpter nimis diſtortã vocabuloꝝ impropriatõem friuola ⁊ ridicula) hui⁹ cauillatoris eſt expoſitio. q̃ Capnionẽ nõ vereꝛ interꝑtari. ſolũ id voluiſſe. φ in caſu dicto nõ poſſem⁹ iudeos ꝯuincere. Certe is dicẽdi mod⁹ oĩa ꝯfundit. nullã q̃qʒ intellect⁹ relinq̃t certitudinẽ. Per hũc q̃ppe modũ ſophiſta ille aut alter q̃ſpiã abſolute dicere poſſʒ. virũ armatũ aduerſus canẽ ſe nõ poſſe tueri. hʒ gloſſando (ꝑinde ac ſophiſta fecit) q̃m ſcʒ nõ ſic ſe tueri poſſʒ. q̃n canis euadat ac effugiat man⁹ ſuas ac ꝑ h̃ canẽ ꝯuincere neq̃ret. Que q̃dem abſurdiſſima eẽ ⁊ totã ꝯfundere lrãriaꝫ artẽ nemo ignorat. Ex q̃bꝫ ꝯſtat huius ꝑſtigiatoris vanitas. q̃ ſil'ia dictur⁹ eſt vſqʒ in finẽ. Sʒ tñ audiaꝛ ſi q̃ppiã ſupeſt q̃d effutiat.

Cauillatoꝛ delirat.

¶ Defenſor ad opponentem

# Articulus. xvj.

§. viij. Et hoc nõ eſt blaſphemare. ſ3 ṽitatẽ dicere. qꝛ nũc etiã libꝛis eoꝝ manentibꝫ. ptinaces vt obſtinati euadũt a manibꝫ chꝛiſtianoꝝ. ⁊ in h̄ ſenſu nihil mali eſt. ⁊ iſte fuit ſenſus auctoꝛis. vt pꝫ ex p̄cedẽtibꝫ ⁊ ſequẽtibꝫ in libello.

¶ Theologus.

Palliatoꝛ Capnioni nõ ꝯcoꝛdat.

¶ Cauillatoꝛ iſte. nec Capnionis nec ſibi neq3 vllatenꝰ coheret veritati. Si nãq3 manẽtibꝫ iudeoꝝ libꝛis. nihilominꝰ ipi tãq3 tuꝫ ptinaces. tũ obſtinati chꝛiſtianoꝝ euadũt manꝰ (ſicut hic loci aſtruit cauillatoꝛ) pfecto penes hũc ꝯñs erit. iudeoꝝ pfidiã nos ꝯuincere nõ poſſe p ipoꝝ libꝛos. Que nã ergo grãdis illa eſt ꝯmoditas quã parturiũt iudeoꝝ libꝛi nobis aduerſus iudeos diſputãtibus. Cũ tñ ſine ipis (vt d't Capnion iudaicoꝝ magnificãdo fimbꝛias libꝛoꝝ) penitus nihil eſſ3 nos tueri aduerſus iudeos. p ſolũ textũ biblie. a ꝯtrario inſinuãs ſenſu. plurimũ nos p eoſdẽ libꝛos poſſe in iudeos. Et; vt iſte interp̄tabat̄ garrulꝰ. ſine quibꝫ neq3 impugnare neq3 ꝯuincere poſſemꝰ iudeos. quin noſtras euaderẽt rõnes. Nu3 hic garrulus tãdẽ dicturꝰ eſt. nõ ſufficere ad efficaciã pbatiõis ex ſacris litteris emanãtis. qñ ſcriptura talis p̄t aliquo mõ aliter exponi. ſaltẽ ad euadẽdũ citra ꝯtradictiõe3 euidentẽ. dũ tñ ſ̄m rem ⁊ ſimpl'r loquẽdo. ſecus exponi nequeat. qñ apud rõnabiles ⁊ docibiles dei diſciplinatos beniuoloſq3 veritatis tum amatoꝛes. tũ inq̄ſitoꝛes fidei expoſitio rõnabilioꝛ ac textui multipl'r ꝯcinnioꝛ appareat. Nũquid p̄tendit cauillatoꝛ iſte. ad iuſtã defenſione3. ad iuſtã quoq3 p ſcripturas impugnatiõe3 diſputatõem ve. opoꝛtere cuiuſlibet obſtinati. idiſciplinati. blaſphemiq3 garrulitatẽ vſq3 adeo amputare. vt nihil ſibi reliquũ ſit. nihilq3 deinceps infidelis rabula offendat qđ loq̄tur. Secus p oẽm ſentit modũ ꝯfoꝛmiter beato Auguſtino Euſebiꝰ Philonẽ citãs. Qui cauillari volũt (inquientẽ) ṽba multiplicãt. q̃ ṽo philoſophari. hi ipa ṽitate ꝯtẽti ſunt

§. ix. Et vt hic garrulꝰ ſuã accipiat nullitatẽ. attẽdat obſtinatos hereticos vtrũq3 teſtamẽtum recipiẽtes. chꝛianoꝝ tñ euadere manus. ſecum ex ſcripturis vtriuſq3 pagine diſputãtium. eoſq3 in ſua pmanere pfidia. Nũq̃d igit̄ iuxta huiꝰ rabule ſapiẽtiã vtriuſq3 teſtamẽti ſcripture. ppterea adeo diiudicãde erũt inutiles / vt penitꝰ nihil ſit aduerſus eiuſmodi hereticos. ex vtriuſq3 inſtrumẽti textu nos tueri. Et quõ deniq3 ſermo dei ignitus erit clypeus oĩbꝫ in ſe ſperãtibꝫ? Abeãt igit̄ phanatica Capnionis. ⁊ ſui p̄tẽſi defenſoꝛis fantaſmata. q̃ ſacras maculãt lrãs. ⁊ adũbrãt falſitates.

# Articulus. xvij.

¶ Joanes Reuchlin pro iudeis

# Articulus .xviij.

§.j. Poſtq̃ʒ auctor ocl'arꝫ ſpeculi.fol'.xix. narrauerat q̃uo tyrãni olim abſtulerũt chriſtianis libros ſacros ſic inq̇t. Reperiri tñ nõ p̃t vnũ chriſtianũ hoiem minꝰ effectũ.q̃ʒ ſi tales libri flãmis dati nõ fuiſſent.quin potius chriſtiana eccl'ia.q̃ʒto diutiꝰ tanto firmiꝰ ſe adauxit. h̄ pacto ꝛ hic eueniret.cũ iudei viderẽt ꝙ ſibi tanta vis ꝛ violẽtia in ſua religione inferret̃.tũc magis iudei mori inflãmarent̃.vt ſancti ſm eoꝝ opinionem ꝛ ſuos libros ꝛ vxores tanto acrius ſuꝑ hoc inſtruerẽt. Qua de re nobis p̄ceptũ eſt in iure canonico.in ca. Sicut iudei.extra de iude.ꝙ iudeis nõ debemꝰ auferre.ſiue ſit pecunia.ſiue qđ hꝫ pecunie valorẽ. Hec Capnion Aſſertio.xix.

¶ Opponens ꝯtra eãdem aſſertiõem

¶ Sacrilega iſta cõparatio ad p̄ſeruãdũ libros ꝑfidie ꝓperaʒ excogitata eccl'ie ꝓmitiue incrementũ attribuit.nõ tã diuine gratie q̃ʒ chriſtianoꝝ aduerſus tyrãnos humane pertinacie. Et ex directo pretendit ꝙ nõ ſit maior virtus diuine gratie ad ꝓmouẽdũ bonuꝫ in ꝓmitiua eccl'ia q̃ʒ humana ꝑtinacia ad ꝓcurandũ malũ in ſynagoga.vnde ex directo tendit ꝯtra id qđ Actuũ. v.ſcriptuꝫ eſt. Si ex hoïb9 eſt ꝯſiliũ hoc.aut opus diſſoluet̃.ſi aũt ex deo nõ poteritꝭ diſſoluere. Igit̃ aſſertio hec in tam diſparib9 cauſis ſimilẽ augmẽti effectũ affutuꝝ ꝯfidẽter ꝛ abſq̃ʒ dubitatõis nota aſtruẽs.nõ multum videt̃ ab hereſi aliena. Abſurdiſſime etiã eadeʒ addit aſſertio ꝙ eccl'ia ꝓpterea ſtatuit iudeis non eſſe auferenda ſua.ne ſynagoga creſceret in ſua ꝑfidia.acſi eccl'ia de qua ſcribit̃. Terribilis vt caſtrorũ acies ordinata in hoc timeret opus diaboli ꝛ iudaice obſtinationis. Nunc ergo accedat ſophiſta.

¶ Defenſor.

§.ij. In.xviij.cauillatõe nihil heretici neq̃ʒ ſcandaloſi eſt.ꝯparatio illa ꝛ q̄ſi ſil'itudo.quo ad illud qđ auctor intẽdit bona eſt.certũ eſt qđ nõ intẽdit illud qđ aduerſariꝰ ei imponit. patꝫ ex ꝟbis eiꝰ dicen̄. Nã plus inflãmarent̃ mori ꝑ ſua religione tãq̃ʒ ſm ſuã opinionẽ ſancti. Sicut ẽ chriſtiani magis inflãmabãt̃ pati ꝛ veritatẽ manu tenere ex ꝑſecutiõib9 tyrãnoꝝ Ita ꝛ hebrei facerẽt. obſtinati etiã rõe iniuriaꝝ acceptaꝝ.licꝫ apud chr̄ianos erat ꝑ ꝟitate et apud iudeos eẽt ꝑ falſitate.ſm tñ eoꝝ opinionem ꝑ ꝟitate.illic erat abſtinẽtia diuina vere.hic ꝟo nõ.ipi tñ crederẽt ꝙ ſic.ac ſi parati eẽnt ſe tueri vt ſancti efficerent̃ ſm eoꝝ opinionẽ.

¶ Theologus.

¶ Tandẽ hoc in loco optime lector cernere licꝫ q̃ nã mõ cauillator mutꝰ effectꝰ ẽ.nil appoſiti rñdere valẽs. Vis nãq̃ʒ articulationis hec erat.ꝙ hec Capnionis aſſertio pari ſermone eq̃ etiã aſſertiue ꝓnũciauit iudaice religionis (vel potiꝰ) ꝑfidie incremẽtũ.dũ

# Articulus .xvij.

pij chriſtiani p̄ncipes (q̄bꝫ neq̄ iudei debito ſeruitutis ſubiecti ſūt) eis auferrēt pfidie libros. quēadmodū olim p̄mitiā creuerat eccleſia ſub tyrānoꝝ rabie ſacros chriſtianis rapiētium libros. Qđ apte ɔſtat ɔtra ſcripturā eē ex Act. v. ca. ab opponēte inductā. Et certe q̄tū Capniōis portēdūt v̄ba. eque certū. eque etiā firmū ipe reputauit futuꝝ diaboli op⁹ in ſynagoga apoſtatrice. q̄tū olim certuꝫ firmū quoq̄ fuit in eccl'ia op⁹ ſpūſſancti. Inſup ꝛ plurimū p hec viderent̄ inſimulādi romane eccl'ie pōtifices. q̄ pfidie ɔburēdo libros. tāto augmento ſynagoge ſathane cōſuluiſſent. Sꝫ q̄m de his diffuſi⁹ in apologia nr̄a nup diſputauim⁹. li. j. ca. xx. Neq̄ cauillator hic q̄ppiā afferat vltra qđ illic nō ſit aptiſſimis argumentis ɔfutatū. niſi forte vaframetā. q̄bꝫ reſpondiſſe dedecori ſit.

¶ Defenſor ad opponentem

¶ Et aduertat iſte bon⁹ frater. q̄ niſi ſcripta ſctōꝝ ꝛ doctoꝝ caperent̄ in ſenſu in q̄ fiūt. ꝛ ſm̄ intētōem ſcribētis. vt Allex. papa p̄cepit in ſentētys magnoꝝ viroꝝ. dicerem⁹ Athanaſiū hereticū. cōparatōe heretica vtētē. Nā ſicut aīa rōnalis ꝛ caro vn⁹ eſt hō. ita deus ꝛ hō vn⁹ eſt chriſt⁹. Et q̄re nō tres eterni. ꝛ q̄re nō tres īmēſi. et q̄re nō tres increati. illa eīn ɔpatio in ſenſu Athanaſij eſt vera. De rigore tn̄ heretica Iſte alie ꝓpoſitōes in ſenſu ꝛ intentōe ſcribētiū vere ſunt. de rigore falſe. Sūt eīn vere tres eterni. ꝛ tres immenſi. ac tres increati. ſicut tres creantes ꝛ tres infinite intelligentes. ꝛ tres infinite volentes. īmo Apl'm ꝛ eccl'iam hereticā diceremus approbantem ſymboluꝫ. in quo ſcribit̄ de chriſto. q̄ deſcendit ad inferos. qđ verū nō eſt de rigore ſermonis. ſed in ſenſu Apl'i ac eccl'ie maxime neceſſariū. ꝛ fidei articulus eſt.

¶ Theologus.

¶ Hic ſophiſta delirus geſtit docere mineruaꝫ. dormiens quoq̄ excitare vigilātē. At merito oculos adieciſſet ei qđ diu⁹ hꝫ Auguſtin⁹. dū ait liberis verbis vtūtur ph̄i. ꝛ in rebꝫ ad intelligendū difficilimis. offenſionē piarū auriū nō ptimeſcūt. Nobis aūt ad certam regulā loq̄ phas eſt. Hinc ꝛ in alteꝝ quēdā (qui de fato reipa bene ſentiebat. attamē ſuſpecta vtebatur loquutōne) Idē Auguſtin⁹ ſic inquit. Tene ſententiam. ſed corrige linguam. Nam (vt diuus Hieronymus habet) ex verbis inordinate prolatis incurritur hereſis. Et huic quoq̄ alludit. qđ Cancellarius dicit Pariſienſis. Senſus logicalis verus nō excuſat aſſerentem. quin talem aſſertionem debeat reuocare. ſi falſa ſit in ſenſu litterali theologico. Et vt idem ait hoc practicatū eſt in concilio Conſtantieñ. de multis Articulis Wycleff. et Joānis huſſ. quoꝝ aliqui poterunt vel de vi logice vel grāmatice defenſionem aliquam recipere

# Articulus.xvij.

¶ Defenſor.

¶ Dico ergo cū veritate. q̄ nulli auctori īponenda eſt ſnīa falſa. vel multū abſurda. niſi habeat exp̄ſſe ex dictis eius. vel ſequat euidenter ex dictis eiꝰ. vel alicui ꝯſtet de intentōne ſua. Cū ergo ſententie libelli. pn̄t ad veꝝ ſenſum trahi. ⁊ de intētione auctoris conſtet. Huic nō imponā aliter q̄ ſupra ſcripſi. ¶ Theologus.

¶ Si ſat eſſet ꝓpōnes expurgare periculoſas. queadmodū hic tentat ſophiſta ꝯplures Capnionis ꝓpoſitōes. ꝑ capillos trahere. ad ſenſum. dictis Capnionis manifeſte repugnantē. nihil obſtaret cuiuſuis articuli fidei ꝯtradictoriū poni poſſe ac ſuſtineri. puta vt diceremus. chriſtū nō eſſe paſſum aut mortuū. ſcꝫ ſm deitatem. Itidē etiā ad inferna nō deſcendiſſe. q2 nō cū corpe. Siliter dicere liceret. diuina eſſentia nō eſt pater. vtpote q̄ filiū nō genuit aliquē Deinde etiā pater nō genuit filiū. id ē aliqd qd̄ eſt pater nō genuit filiū (ſcꝫ eſſentia) Qm̄ itaqꝫ in ſupioribꝫ multiplr̄ oſtēſum eſt hunc ſophiſtā Capnionis ꝓpōnes erroneas traxiſſe ꝑ capillos ad ſenſum. ⁊ vbis ⁊ pmarie intentōni ipſius Capnionis apte repugnātē Ipas q̄qꝫ ſtante ꝯſilij ſui decurſu. nō poſſe catholicū recipe ſenſuꝫ queadmodū ⁊ de declaratōnibꝫ. euaſionibꝫ. ⁊ tergiuerſatōibꝫ ipius Capnionis in tertia noſtra editōne Rome iudicialr̄ exhibita copioſe declarauimꝰ. oſtēdentes eas. tum eē in ſe falſas. tū ⁊ inter ſe. ⁊ textui ſui ꝯcilij almanici manifeſte repugnātes. Conſequens itaqꝫ erit almanicū Capnionis libellū nullo mō poſſe excuſatuꝫ iri. nec ꝓinde ab hoc garrulo. neqꝫ a ꝯficto Benigno. neqꝫ ab ipo Capnione eſſe excuſatum. ¶ Defenſor.

¶ Hec mi Stephane ſint apud te ne forte ille bonus frater faciat fortaſſe nouos articulos ꝯtra hec.

¶ Theologus.

¶ Hanc finalē (quā in epl'a riſimꝰ ab aduerſarijs intermiſſaꝫ) adiunctā fuiſſe a defenſore iſto clauſulā optime mi catholice lector nouit magnificus dn̄s ꝑpoſitꝰ qd̄ ꝑ originale reuerēdiſſimo dn̄o Cardinali exhibitū. ſupra in epl'a proemiali teſtabamur. Quā eo ꝯſilio aduerſarij veritatis ſupp̄ſſerūt. impreſſor quoqꝫ ſubticuit. qm̄ Capnioni paruo eſſet ornamento. modicā quoqꝫ defenſionibꝫ his afferret auctoritatē. Hinc ⁊ aſſequit garrulū huius defenſiōis auctorē (qm̄ delitere voluit) de Obſcuroꝝ eſſe grege viroꝝ. nimirū qui male ſibi ꝯſcius lucem fugit. Sed de his hactenus. Oia igit ſcripta noſtra in hoc opuſculo an vero ꝯſona ſint nec ne. ſacroſancte Romane ſedis cenſure ſubmittimus. Finem aūt hic facientes te lectorꝰ oro vt hec boni conſulas. defenſorē quoqꝫ vt ſi vltra quicqꝫ habeat. occaſionē preſter. quo latius ei reſpōdeamus. parati ſiq/

dem ſemꝑ (iuxta apl'm) ad ſatiſfactōnem om̄i poſcenti reddere ra
tionē de ea que in nobis eſt fide ꝛ ſpe. Qm̄tum aſpirare dignabit̃ do-
minus Jeſus ſaluatoꝛ noſter. ꝓ cuius fide tuenda. hoc certamē ꝓ
debito officiū noſtri ſuſcepimus. qui viuit ꝛ vincit ɔtra quaſcunqꝫ
Capnioniſtaꝝ malignas machinatōes in ſecula bn̄dictꝰ Amē.

¶ Preſtantiſſimo atqꝫ digniſſimo viro. D. Joāni Jnghe/
winkel. Prepoſito Xantenſi. ꝛ eccl'ie Colonien̄ Archidiaco/
no. Jn vrbe q̄qꝫ romana vero iuſticie patrono. boniſqꝫ om̄ibꝫ
ſemꝑ venerādo. Oꝛtwinꝰ Gratius Agrippinēſis academie
ph̄us ſalutē plurimā dicit. ſeqꝫ totū ɔmendat.

MOuent mihi ſtomachū viri q̄dā boni. reuerēde dom̄e
Prepoſite ꝛ in Chr̄o Jeſu iugiter honorāde. qui cuꝫ vi/
ginti tenuerit vocabuloꝝ origines (vt Pici v̄bis paulu
lū moderer) ita ſe oſtētāt. ita vēditāt. ita circūferūt iac/
tabūdi. vt pre ſeipis (maxīe ſi Obſcuroꝝ Reuchliniſtaꝝ albo inſcri/
pti ſint) nō ph̄os m̄o ac iurecōſultos verū ꝛ theologos. īuictos ſa
cre fidei defenſores. audacula falſi temeritate. ꝓ nihilo h̄ndos arbi
trent̃. ignorātes Marſiliū ficinū dicere ſolitū. nō corticē nutrire ſꝫ
medullā. ꝛ Ariſtotelē nobis ſcriptū reliq̄ſſe. Aurea frena. equū nō
facere meliorē. Quid. ſi diuerſam vel theologoꝝ vel iuriſcōſultoꝝ
materiā purpureis ſꝑ amicire chlamydulis. ꝛ aureis velim īaura/
re brachteis? Quid. ſi ſolā ſꝑ eloq̄ntiā. verſicolorē illā deā ac pla/
ne ſupbā. pnꝰ adorare. eāqꝫ inceſſanter. tū in ſcholis eoꝝ. tū in tē/
plo Apollinis pythij. aut in mōte tādē Parnaſo inuocare nō de/
ſinā? Nōne ꝛ ꝓmū illū ɔtinuo Democritū (q̄ ꝛ Abderites eſt dic/
tus) domi foriſqꝫ. more ſardinio cachinnātē. ꝛ ſuſpēſis dehinc label
lis. carmen illud triuiale. q̄ſi totiꝰ exclamātē audires. O cecas ho
minū mētes. o pectora ceca? Quidni pater reuerēde? Ridebat eīm
curas ille (vt Juuenal' ait) necnō ꝛ gaudia vulgi. Jnueniūtur ſepe
viri eloq̄ntes. ꝛ ſecularibꝫ dūtaxat alti l'ris. q̄ tātuꝫ Chr̄o in eccl'ia
ꝓſunt. q̄ꝫtū nobis in balneo canis. Multi docēt. q̄uō h̄ eſt qꝫ facū/
de atqꝫ elegāter diſſerēdū ſit. q̄d aūt in loco ad honoꝝ oīm ſalutem
dici ɔueniat. penitꝰ ignorāt. ɔuiuijs longe aptiores q̄ꝫ ɔſilijs. Ra
bulaꝝ ſibi nūc oratores pleriqꝫ. nō patronoꝝ ꝓuinciā ſumūt. iuec/
tiuis maxime ꝛ mēdacijs gloriātes. Cōplures q̄qꝫ famā (vt Pli/
niꝰ ait) pauci ɔſciētiaꝫ verent̃. q̄ tn̄ ſi Auguſtino credimꝰ. eſt mille
teſtes. vt Obſcuros etiā Reuchliniſtas. īpudētiſſimos Antichriſti
p̄curſores leuiſſimoſqꝫ ſycophātas ſuoꝝ q̄nqꝫ peniteat delictoꝝ. Tor
rēs dicēdi copia m'ltis. ꝛ ſua mortifera ē facūdia. q̄ ꝛ ſupbos īter/
dū ꝛ ꝑtinaces creat. Nō in lingua. ſꝫ in corde ſapiētiā eē Lactātij fir
miani ꝓbat auctoritas. Quapropter q̄ reꝝ dūtaxat aſpicit ſupficiē
hoc eſt ſola v̄boꝝ ducit̃ pompa. ꝑter vmbras ꝛ ſomnia videt nihil.

Stultũ eſt ſacros eccl'ie doctores ita coartare. vt ethnicoꝝ ſp more loq̃ eos opteat. Marſili⁹ itaq3 alter in terris Plato. haud eodẽ oculo theologoꝝ ſcripta legẽda cenſuit q̃ poetaꝝ ⁊ oratoꝝ. cũ aliud ſit olfacere flores. aliud carpe poma ⁊ ſugere ſuccos At quorſu3 hec tã mlta(O ꝑſidiũ ⁊ dulce dec⁹ meũ) niſi vt boni oẽs intelligãt. nõ ↄtinuo barbariẽ eẽ. quã multi barbariẽ clamãt. ⁊ familiarẽ rite philoſophãtiũ orõnẽ. minime e ↄſeſſu exibilandã oratorum.

Sũt ⁊ eiuſdẽ farine hoĩes. q̃ ob eã quã dixi orõnis familiaritatẽ. ſacrã etiã ↄtẽnũt theologiã. quã ne de facie q̃dẽ agnoſcũt. audentq3 ⁊ inuectiuis ⁊ mẽdacijs ⁊ cauillatoĩbꝫ(vt ad obſcuros iteꝝ reuertamur) rebꝫ ſeſe imiſcere diuinis. quaꝝ ne vocabula in ſcholis illoru3 ꝓnũciare poſſent. taceo remotioris diſcipline ſenſa intelligere. Sed in hãc inſipiẽtiam cadũt(ꝙ Leo papa. ⁊ habet. xxiiij. q. iij. c. Quid aũt) q̃ cũ q3 ad cognoſcẽdã veritatẽ. aliquo ĩpediũt obſcuro nec ad ꝓpheticas voces. aplicas lrãs. euãgelicas auctoritates. ſed ad ſemetipos(ceco captos fauore) recurrũt Et iõ mgr̃i erroris exiſtũt. q2 veritatꝭ diſcipuli nõ fuerũt. Hec ille. Reſecãde igit̃ putride carnes(vt eodẽ in loco Hieronym⁹ ait) ⁊ ſcabioſa ouis a caulis repellenda. ne tota dom⁹. maſſa. corp⁹. ⁊ pecora. ardeãt. corrũpãt̃ putreſcãt. ⁊ intereãt. Qꝺ vt opportune atq3 q̃ꝑmũ fiat. reuerẽd⁹ heretice prauitatꝭ inq̃ſitor. pater ꝓculdubio piẽtiſſim⁹. plenuſq3 ⁊ officij ⁊ religionis. ſecũdã tibi dedicat Apologiã. vtpote viro pſtãtiſſimo ⁊ optimo ac inuincibili tãdẽ iuſticie patrono. cui ꝑperã reniti. nephas ſit poti⁹ q3 ↄſiliu3. Huic accedit tua illa admirabilis atq3 ab oĩbus ſp laudanda. eccl'iaſticis pſertim in rebꝫ animi magnitudo. ſingularis itẽ modeſtia. ſumma q̃q3 in bonos oẽs benignitas. ⁊ pcipua q̃dã. vite ac moꝝ inter eccl'ie platos obſeruãtia. q̃bꝫ ꝑfecto ac ceteris deinde virtutibꝫ. extra oẽm aleã poſitis. ⁊ tibi natiua q̃dã ꝓbitate innatis. adeo pdit⁹ es. atq3 ornat⁹ ſp fuiſti. vt nemo ad te accedat. q̃ nõ ſe felicẽ ꝓpe ac pbratũ arbitret̃. Te igitur oro atq3 obſecro vt iuſticie cãm ſuſcipe nõ dedigneris. ꝯ Reuchlinicũ in h' libro defenſorẽ. cui cu3 ſit Chimere nomẽ. in caliginoſum euaneſcat fumulũ nece ẽ. Barbarus ꝑfecto ẽ. nec ſacrã Inq̃ſitoris redolet eloquẽtiã. id qꝺ etiã de Ocularis ſpeculi iterpte intelligẽdũ puto. Sz inter oẽs exitial' eſt illa Obſcuroꝝ Reuchliniſtaꝝ ſecta. q̃ tota i expugnãda ꝟtute poſita. ſub ĩpatore diabolo. ſub vexillis eterne mortis ſub ſtipẽdijs iehẽne. debacchat̃ aduerſus celũ. aduerſus Chr̃m ⁊ ſctõs ei⁹. ita etiã vt ſacroſctã ſedes aplica. iniq̃tatꝭ eos filios eẽ decreuerit. Nec dubiũ. q̃n maioribꝫ ſint ab eadẽ cẽſurꝭ plectẽdi. vbi plane ĩtellexerit. ĩtolerabilibꝫ ſeſe infamie notis(vt in lamẽtatoĩbꝫ nr̃is Obſcuroꝝ expſſimus) ꝑ oẽs ĩpudẽtie nũeros. ab eiſdẽ nõ incruẽte vitiatã. Uale ſpecimẽ eccl'ie ⁊ toti⁹ alemanie dec⁹

Colonie. ex officia nr̃a Quẽteliana. M.cccc.xviij. ad kal'. Octob.

τελοσ. και θεω δοξα.

e 1493

227157 I MF
INKUNABUŁ
Śląska Biblioteka Publiczna
227155 – I
–227159 –
P.
Min. Ośw. 507a – PZWS C850 X. 49

...cilie virg. et

Columbani

...rahe

Clementis

Katherina virg. et

Andree apostoli

Vigilia